



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Vestis

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

quod eg intelligo in Foro exteriori.

30 Venditio cum conditione, ante eam impletam non obligat. *Mol.d.337.nu.10.

V E R B A.

1 **V**erbum iocosum dictum causa recreationis, non est peccatum. *Vide D.Thom. 2.d.40. q. 4.d.9.*

V E R B E R A.

1 **V**erberare possunt parentes, domini, & pædagogi per se, vel per alium, & Religiosum incorrigibile Prælatus, etiam per alium Clericum, vel Monachum in necessitate. *Cap. In universitatibus, de sentent. excomm.*

*Sot. lib. 5. art. 2. *Vide D.Thom. 2. 2. q. 68. art. 2. Val. t. 3. d. 5. q. 9. p. vii. Salon Arrag. 6.*

2 Prælatus potest etiam Sacerdotem verberare, & fortè etiam Præceptor, ut si sit talis alicubi consuetudo, & vir uxorem graui de causa.

*Sot. l. c. col. 5. & vir; Sot. Salon, Arragon. loco cit. 3.

Si pater verberet ex odio, vel ex iracundia rationem regente mortiferè peccare potest. *Sot. l. c. col. 3.*

3 Episcopo non licet manibus suis verberare.

Vestis, vide Sacra.

1 **V**este religiosa maris, aut fœminæ vel sæcularem ludi causa, non est mortale.

le. Vide limitationem in *Syl. V. Habitus.*

* Dum inde non accidat Religioni, aut proximo iniuria grauis *Nau. c. 23. num. 22.*

2 Vti veste alterius sexus ob vanitatem, veniale est; ob iustam verò causam licitum: quàmquam Aug. 2. Soliloquior. dubitat, an vnquã liceat viro vti veste fœminæ. *Vide Syl. V. Fœminæ. * Nau. l. c. ex D. Tho.*

Vicarius, vide Confessor.

1 **V**icarius Episcopi nō potest esse laicus, nec Clericus coniugatus: oportet verò habere Ordines Minores.

* De Vicario Episcopi integrum volumen edidit Iacobus Sbrozzius, nonnulla scribit *Sanchez t. 1. de matrim. lib. 3. d. 29.*

2 Vicarius generalis dicitur Ordinarius, potestque dare dimissorias, & potestatem absoluenendi à reseruatis.

* *Sanchez l. c. d. 9. nu. 3.* alij tamen dicunt esse delegatum. Idem dicas de Vicario Capituli, Sede vacante *ib. nu. 4. Sbrozzius, Nau. conf. 5. de spons.*

3 Vicarius Episcopi eo mortuo cessat, (nisi à Capitulo confirmetur:) gesta tamen per eū ante mortis notitiam, valent. * *Sanchez l. c. d. 30. numer. 2.*

4 Vicarius electus à Collegio, perseverat mortuo Prælato.

5 Excommunicato aliquo, cessat officium eius Vicarij, secundum quosdam; nisi habeat aucto-